

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

7. S. Ignatius Loyola, itidem inopinatâ librorum lectione, ad meliora ductus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

mo, & fluctuante, Thomae de Kempis libellum aperiunt, aiunte, se semper solatum reperire, & idoneum vulneri suo emplastrum.

Si non sors, certè fors fuit, incidisse in pios libros Ignatium Patriarcham nostrum. Nam cum in lecto iacere cogeretur, & tamen in prophaniis libris legendis multum temporis collocare solitus, aliquem eiusmodi librum sibi ad manum dari iussit, ut eius lectione tempus falleret. Negantibus familiaribus, domi eiusmodi esse libros, duos Hispanica lingua scriptos accepit, ne prorsus otiosus esset, quorum alter Christi Salvatoris nostri, alter Sanctorum vitas continebat. Atque horum quidem librorum lectione, sensim eius animus immutari, & imitandi, quæ legebat, studio quodam affici videbatur. Hoc initium fuit conuertendi illius militis, à quo tot conuersionum millions pependerunt. Librum petijt: prophanum optauit: sacrum sortitus est, inde didicit sapere, unde alios sapere doceret. Sed & sanctos tutelares sorte eductos non minus utiliter, quampiè, legimus.

Erat solemne familia Borgiae, vetere instituto, ut è Diuorum numero aliquem quotannis forte duceret. Seruabat religiosè hunc mortuus puer etiam tum Franciscus (Borgia) quem etiam in Societatem induxit, prius, quam familiam ducere cepit. Divi nomen cui obuenisset, is, profecto die, duos mendicos vicatum collectos alebat; festo vero, binis bini mares, feminis feminae, ad mensam ministrabant. Ex hoc fonte manavit pia solennisq; Societatis consuetudo, ut singulis mensibus Sanctorum nomina sorte è fistula educantur distribuanturq; singulatim. Quod die votis conceptis, religiosèq; per solutis opem sui quicq; Divi implorant. Didicerat id in gentilicia Borgiae familia Franciscus. Ognati quoq; idem seruauit; multa Socii indulgens, quo die Divi nomen sorte illus obtigisset: ipse adhac precationi plus etiam temporis tribuere solitus. A Societate hic sortiendi mos in B. Virginis Sodalitates, atque inde in alias aliásque, magno cum fructu, est propagatus. Multi è paruis schediis magna extirpare vicia, egregiasque exercere virtutes, Sanctosque peculiaribus colere honoribus didicerunt. Sed assuetudo quodam facit negligentes. Alios ignorantia vtendit tanto fructu privat. Si tollerent ignorantiam Exhortatores aut Concionatores, extinctis vtique impijs sortilegijs, fortes bonas inducerent, cultumque Diuorum longè latèque propagarent.

De alia Sancti patroni sortitione memorant, quam hic non omittam interserere, Anno 1208. sacro baptisme tinctus est primus Ar.

VII.

Petr. Ribaden. l. 1. c. 2.  
de vita S. Ignatij Loio-  
læ.

VIII.

Andreas  
Schottus l. 1.  
vite B. Fran-  
cisc. Borgiae.  
c. 1.  
Idem lib. 4.  
c. 4.

IX.

Leonardus